

7180 Syracusis in museo.

OVI
MINE BOM
CITAAI PLMAN

Descripti.

7181 Syracusis in S. Iohannis in pavimento.

MEMOR . . .
TICE R . . .
LEGE

Gualterus n. . . = 104, cui misit Mirabella.
Partem esse tituli n. 7149 conicit Bormannus.

7182 Syracusis in museo.

IVL · INNOCENTI
IN PACAE · VIXIT
ANNOS · III · ME
SES · VIII · DIES · VI

Descriptus Ioh. Schmidt, Schubring, ego.

7183 Syracusis in museo.

paCE IVI
VRION

Descripti.

7184 Syracusis in museo.

ANE FILIA I
ANNIS XV
DIES XV R

Recognovi descriptam a Schubringio.

7185 Syracusis in museo.

IORIAMAL
I palmes
APRINA R

Schubring descripti.

7186 Syracusis in museo.

SES · VIII · DIN · ES
ORAS · DIEI · X ·
EE · INNOCEN

Schubring descripti totam, partem posteriorem Ioh. Schmidt.

1 fin. DUS hiatus non adnotato Schubr.

7187 Syracusis in museo.

VAPIOAS · I
AIIIS · III
IXVVV · S

Schubring descripti.

VIII. ACRAE (Palazzolo).

(cf. C. I. Gr. 5424 — 5465 cum add. p. 1243 — 1248).

Aetate imperatoria meminerunt Acrarum Plinius 3, 8, 91 recensens inter civitates quas dicit stipendiarias, Ptolemaeus 3, 4, 14, itinerarium Antonini p. 89. In titulo Graeco (C. I. Gr. 5465) aevi labentis Acris invento qui nominatur Alfius Clodius ἄρξας τὴν δευτέραν ἀρχὴν καὶ

πρεσβίας πρεσβεύσας (traditur ΠΡΕΙΒΙΑΙ ΠΡΕΕΒΕΥΤΑΙ) πρὸς βασιλέα καὶ γ' παραπονέας (fortasse scr. παραποντίας, si id accipi potest de transmarino) utrum honores muneraque ea Acris sustinuerit an in alio nescio quo Siciliae oppido, ignoratur.

7188 urna orbicularis ansata eruta Palazoli, quod est oppidum Vinc. Rufi marchionis (principis Guttierrae Velasquez et Sancta-Pau. ed. 2) XVIII lapide a Syracusis GVALT. similiterque AVGVST. PINELL. — Messanae apud Alph. Roiscum GRVT. contra auctorem.

D · M
P · AEL · EVTY
CETIS · AELIA
AEPICARIS · LIB
5 piENI · FEC · b · M

Servavit Antiquus apud Augustinum cod. Matr. f. 104 et Pinellium cod. D 199 f. 56' (inde Grut. 930, 6) et Gualterum n. 70 = 230 ex Roiscianis (inde Torremuzza X, 5).

3 CENS Aug. Pin., CETIS Aug. emendans et Gualt. — 5 BNEN (BEN · M Gualt.) FEC · E · M traditur.

IX. HENNA (Castrogiovanni). Caltanisetta.

Sub imperatoribus Hennae (hodie Castro Giovanni) qui meminerunt sunt Strabo 6, 2, 6 p. 272: τὴν μὲν Ἴνναν, ἐν ἧ τὸ ἱερὸν τῆς Δή-μητρος, ἔχουσιν ὀλίγοι; Mela 2, 7, 118: famam habet ob Cereris templum Henna praecipuam; Plinius 3, 8, 91 inter civitates suas stipendiarias Siciliae recensens Hennenses¹⁾; denique Ptolemaeus, si quidem

huc pertinet in mediterraneis posita Ἴνα (sic Vat. 191) 3, 4, 15. Luculentius his nummi inscripti Latine sic (Mionnet I p. 234 n. 212, 213, S. 1, 385, 187, 188): mun. Henna vel Hennae et M. Cestius L. Munatius Iivir., cusi opinor per bella civilia ante proelium Actiacum, docuerunt ea aetate oppidum fuisse civium Romanorum rectum a duoviris. Tituli Graeci plane deficiunt, Latini ex ipsa Henna non magis adsunt, adsunt ex vicino oppido Caltanisetta duo, sed vulgares; fictos ad coloniam Nisam tuendam reperies n. 1068*. 1069* et C. I. Gr. n. 5727.

1) Ut Latine vocabulum constat adspirationem adsumere, ita etiam antiquissimi nummi inscripti sunt HENNAION. Postea Ἴννα apud Graecos magis obtinuit.

7189 Caltanisettae in fonte aquae lustralis ecclesiae S. Spiritus MONGITORE TORR. ROGG. — Marsalae GVALT. errore.

T · FLAVI · AVG · LIB
DIADVMENI
FLAVIA · VICTORINA
PATRI · PISSIMO

Gualterus n. 250 = 144 inter Marsalenses deperditas (inde Reines. 9, 25); Ant. Mongitore cod. Panorm. Qq D 203 et apud Dorvillium Sic. ms. et ed. p. 588 n. 12 et per Comum apud Mur. 1004, 4; Torremuzza Sic. X, 23 = 25 ab Arcadio Catena; Vinc. Roggiero nuova racc. di opusc.

Siciliani 6 (1793) p. 289, qui ait vidisse se a. 1765 una cum falsis n. 1068*. 1069*.

1 TIT Torr. Rogg. — FLAVIO Gualt. — 2 DIADVMENE Mong.

7190 tabula, qua parvus sarcophagus operiebatur, effossa a. 1782 in feudo Landri [prope Caltanisettam] Placidi Notarbartoli ducis Villarosae, apud quem extat Panormi TORR. Hodie ibi in museo.

DIS · MAN
ZETHI
VIXIT · A · VI

Recognovi. Torremuzza ed. 2 XIV, 157.